

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Antonii Bynaei de Calceis Hebraeorum Libri Duo**

**Bynaeus, Anthony**

**Dordraci, 1682**

Locus Matth. 3. 11. illustratus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-12835**

suerunt Johannis Baptista dictum, qui, dum se Christo comparat, dicit: *εγώ οὐκ εἰμὶ βασιλεὺς τῶν κατοδηπτῶν.* Matth. 3. *καὶ οὐκ εἰμὶ δίκαιος ότι λέγω σαρκασμού.* Et lo-  
sitionem Cuius non sum dignus ut cal-  
ceos portem. Nam, ut recte obser-  
varunt, idem est quod λύση τῆς  
ταῦτας, vel λύση τῆς ιμάντας τῶν  
δημόσιων, solvere calceos, vel solvere  
corrugiam calceamentorum, (cum,  
qui calceos portabant, iidem sol-  
verent; & qui calceos solvebant,  
iidem exutos auferrent, & cura-  
rent) & ministerium notat vilissi-  
mum servis demandari solitum.  
Sed cum præcesserit Moab est la-  
vacrum meum, optime puto judicas-  
se doctissimum Gatakerum Davi-  
dem dixisse, super Edom projiciam  
calceum meum, nempe ut Edumæi  
abstergant pulverem atque lutum,  
& sint pro peniculo quo calcei  
extergeantur. Ita enim scite ad-  
modum dicit Moabum pro lava-  
cro & pelvi se habere, in quo  
pedes suos proluat, Edomum vero  
pro peniculo futurum sibi, ut po-  
te cui calceos extergendos sit pro-  
jecturus. Apud veteres nihil vi-  
lius fuit habitum, quam calcea-  
menta luto conspurcata exterge-

Q 3

re.